

FACTUM IN CAUSA

INTER
Nob. D. Don Antonium Curtium
de Gattico,
I.C. DD. Io. Franciscum, & Paulum Ignatium Patrem, & Filium pariter de Gattico.



Um anno 1721, per Nob. tunc Clericum, nunc Philosophiae Lectorem D. Don Jo. Baptista de Gattico, ante ejus ingressum inter Canonicos Regulares Lateranenses facta fuerit donatio J.C. D. Jo. Francisco pariter de Gattico de privativo ejusdem Jure patronatus, electionis Paro^ci Plebani, & Ecclesiae SS. Cosme, ac Damiani loci Gattici, ac portione decimarum pheudalium, necessario alicui vel de familia, vel Episcopali Mensæ relinquendarum; posthabito tamen jure dignioris in Ecclesia loci eidem ex tali donatione supervento; antedictus J.C. D. Jo. Francisco de Gattico cum à quadam columnā, ejusdem sedilibus (ab immemorabili habitis in dictæ Ecclesiae lateralibus ē cornu Evangelii post aliud Nob. D. Don Antonii Curtii itidem de Gattico, divinorum aspectus prohibetur,) facultatem ab Eminentiss. Ordinario obtinuit, in supplice ejus libello, ultimo loco Reg. Fisco dimisso, praedicta ejusdem Sedilia in loco transferendi, quo commodiori Aræ maximæ prospectu fruerentur, in cuius executionem relicta lateralibus, ubi sisteant, ad dimidiam Ecclesiae navem, sed nec antè, nec æquali gradu illo D. Don Antonii Curtii, sed imo inferiori loco ex parte Evangelii translata, & collocata fuerunt.

Hoc à D. Don Antonio Curtio Gattico viso, sub praetextu auctæ ejus familie facultatem, & ipse ab Eminentiss. Ordinario reportavit, aliud in Ecclesia novum sedile apponendi, quod (ejus loco, antiquo relictō), immediate ante translata dicti J. C. D. Gattici sedilia reposuit. Cujus aspectu, de consensu, imo de Paro^c Plebani consilio Vespere vigiliæ Nativitatis B. M. V. removit.

FONDAZ
MARA'

ta fuere per D. UXO en. J.C. Jo. Francisci ejus sedilia, & è cornu u
Epistolæ collocata fuerunt. Sed die solemnitatis antedictæ
post Missæ Parochialis solemnia, in Populi conspectu, iussu
Joannis Caymi dicti D. Don Curtii Vilici aportata, & primo
loco propria authoritate reposita fuerunt.

Qua de re recursum habuit dictus D. J. C. Gatticus ad Reverendiss. D. Vicarium Generalem Novarien. pro sedilium reintegratione, & simul ad Excell. Mediolani Gubernium pro purgando dicti Caymi attentato; Et dum summa dexteritas Nob. Com. D. Don Cajetani Porri a predicto Excell. Gubernio delegati, amicabilem compositionem meditabatur, summa quoq; Reverendiss. D. Vicarii Generalis cura, (ejus loco repositis primo sedilibus, undè à dicto Caymo remota fuerunt, inde ad antiquum, & pristinum locum translatis, ac novo D. Don Curtii quoque sedili, ab Ecclesia asportato) amicabilem, & ipse respectu sedilium tractatum perpendebat.

Hinc expleta, mediante laudabili dicti D. Comitis Porri compositione ejus delegatione; provisionalem anno 1724. conventionem, absque tamen præjudicio juriū partium proposuit Reverendiss. D. Vicarius Generalis, ut duo fierent ab utraq; parte sedilia, mensura, structura, ac ornatu, omnino pariformia, ac illa D. Don Curtii in laterali navi è cornu Evangelii eorundem prædictisitu destinato collocarentur, illa vero D. J. C. Gattici in alia laterali è cornu Epistolæ statuto pariter sitū reponerentur, ut habeatur ex ipsa conventione à dicto Reverendiss. D. Vicario, & utrisque partibus subscripta.

Ut autem suum hæc provisionalis conventio fortiretur effectum, pluries per dictum J. C. Gatticum requisitus fuit Reverendiss. Vicarius Generalis de methodo novæ sedilium constructionis, à quo de consensu predicti D. Don Curtii, ipsamter ejusdem D. Don Curtii assignata fuerunt; sicq; uniformia per D. J. C. Gatticum extracta sedilia, convento provisionaliter loco reposita. Sed paucis ab illinc diebus dictus D. Don Curtius alterum ex ejusdem sedilibus, ornatu dissimile, mensura excedens, atque structurā omnino distorme construi curavit, & excedenti ejus loco collocavit.

Pluries de tali excelsu apud Reverendiss. D. Vicariū J. C. D. Gatticus indoluit, qui tandem D. Don Curtium allocutus ipsum J. C. D. Gatticum ad novū aliud illo dicti D. Don Curtii simile efficiendum consuluit. Quod quidem consilium licet J. C. Gattico gravosum, summa tamen veneratione habitum, antequā executioni demandaretur, videns J. C. Gatticus, quod ad mensuræ uniformitatem servandam circa palmaris, situs extensionē nova sedilis appositiō necesse requirebat. Hanc dicto Reverendiss.

dissimo D. Vicario Generali communicavit; qui habitu potissimum reflexu, quod ex tali extensione, meram in provisionali conventione præscriptam, non excedebat, inanē creditis suspicione excitare, ac novi sedilis ad formam prædictam constructionem, ac appositionem iterum etiam de ejusdem D. Don Curtii consensu laudavit, & inde novum anno 1726. ex parte dicti D. J. C. Gattici sedile ejus loco collocatum fuic.

Verum die sexta Octobris anni 1726. in Festo Sanctissimi Rosarii B. M. V., præcipua illius loci Gattici, ac vicinum illius Regionis solemnitas, ubi frequentissima nationalis, & extranei populi multitudo convenerat, Ecclesiam ingressa Nob. D. Donna Angela Brusata Gattica dicti Don Curtii sororia in Missæ Magnæ primordialibus, ingenti strepitu, personarum sequentia, alta voce jubente, summò & Cellebrantium, & audientium scandalo, è medio Ecclesiæ transacta, se maximè populorum perturbatione ad D. J. C. Gattici sedilia collata, ab illis imperiosè dicto Francisco Bernardino Fraschina ejusdem D. J. C. Gattici Villico propriā authoritate à quibusdam, illinc existentibus extraneis operariis dicta sedilia è loco ubi sistebarant rejici, curavit, ejusdemq; sedilia loco conventionaliter præfixo non parum anteponi voluit, inde ejusdem justi delatis è Plebani Domo quatuor scannis, ac binis in Capella S. Antonii ante ejus sedilia existente repositis, ibi ipsa, ac D. Margarita ejusdem filia insiebant, aliis vero binis in Capella SS. Rosarii ante D. J. C. Gattici sedilia collocatis, DD. Don Marcus Antonius, & Don Joseph pariter dictæ D. Angelæ filii consistebant, relicto, imo justo eodem sedilium usu famulis, ac vilibus, & rusticis personis. Sicq; ex vesperis dictæ solemnitatis usq; ad diem 12. ejusdem Octobris talis scannorum delatio continuavit.

Qua quidem die 12. ad J. C. D. Gattici instantiam se in rem præsentem delatus Reverendiss. D. Vicarius Generalis dicti L. J. C. Gattici sedilia ejus à quo remota fuere loco reponere fecit, moxque iniuplici libello per D. J. C. Gatticum porrecto ulteriores novitates prohibuit. Sed nihil habita per Don Curtium tali prohibitione continuante tali scannorum delatione usque ad Aræ maximæ cancellos, ad ejusdem D. J. C. Gattici instantiam criminalis inde processus in Episcopali Novarien. Curia constructus, atq; completus fuit, jamq; apud Reg. Fiscum dimissus. Talis scannorum delatio inviolabiliter continuabat; sed in illis tantum circumstantiis, in quibus dictum D. J. C. Gatticum, vel aliquem de ejus familia ad Ecclesiam se conferre contingebat, ita ut adamassim adeo observaretur dicti D. J. C. Gattici, vel alicujus de ejus familiâ ad Ecclesiam accessus, ut si milles in die contigisset, milles etiam in die dictus D. Curtius, vel quis de ejus

ejus familia cum sciamnis se conferrent. Dicitur V. Clemens
Hocq; fuit, quod J. C. D. Gatticum adegit ad Excell. Mediolani
Gubernio ejus indolentias exponendas, à quo jussus Egr. D. Ca-
pitaneus Justitiae ab eodem obtinuit præceptum prohibitivum
dicto D. Don Curtio; ejusq; familiæ talis scamnorum delatio-
nis, acaliorum quorumcumq; æmulationis actuum; subinde
(cum necessitas urgeret) dicti D. Don Curtii Domui omni ho-
nestate intimatum die 6. Octobris anni 1727. Sed paucis ab
illinc diebus revocato ablsq; J. C. Gattici necessaria citatione per
D. Vicarium Justitiae tali præcepto, scamnorum delatio non
solum resurrexit, sed serica quoq; pulvinaria addita fuere usque
in præsens continuata.

Finalis tandem compositionis spes Nob. Com. Abbatem D. Don
Joseph Caroellum, & Reverendiss. D. Vicarium Generalem
allucinabatur, ideoq; novam provisionalis conventionis scrip-
turam, innumeros post partis prætextus tandem conciliatam,
meditarunt, eq; exarata D. Don Curtii subscriptio expectaba-
tur, ut illa quoq; D. J. C. Gattici adderetur; sed delata J. C. Gatti-
ci per Nob. D. Abb. Caroellum scriptura omnino à conciliata
dissimili, ac eisdem iuribus nimis præjudiciali, subscrip-
tionem dictus J. C. Gatticus renuit; promptum se tamen præ-
bens ad illam per dictum Reverendiss. Vicarium Generalem
extensem subscribendam, ut præseferunt fides ultimo quoque
loco dimisæ.

Cum nullum itaq; ultima conventio sortiretur effectum, recur-
sum habuit J. C. D. Gatticus ad Excell. Mediolani Senatum de
mense Septembris anni 1728. necessariam providentiam im-
minentibus scandalis expolcens, cui placuit Reg. Fiscum audi-
re, cujus votum, non aliud esse creditur, quam quod necessaria
sit aliqua providentia ad evitandum scandalorum periculum.
Sed ultrò jam progressis vacationum feriis causa siluit usque ad
mensem Martii currentis anni, in quo denud Reg. Fisco excita-
to, ejus votum edidisse creditur; provisionalem conventionem
anni 1724. servandam, illamq; expetendam providentiam,
quam Senatus Excell. opportunam declarabit.

Ultimò tandem loco iterum excitato de mense Junii Regio Fisco,
ejus votum, ut auditur die 4. Julii præsentis anni, antecedentiū
confirmatorium tradidit; Nuncq; ab eximia excelsi ordinis
Paterna pietate, & providentia finalis tandem animorū quies,
& tranquillitas speratur.

Opponitur primo ex parte dicti D. Don Antonii Curtii, Jus Pa-
tronatum ante recensum non fuisse per dictum Rev. D. Don
Joannem Baptistam de Gattico cessibile, ejusq; donationem
fuisse subreptam suscepito Notario alumno dicti D. J. C. Joannis
Francisci Gattici.

Se-

Secundò, nullum habere dictum D. J. C. Gatticum Juspatronatu
in dicta Ecclesia, cum subsistente dicto jurepatronatu, ille ad
solam Paroci electionem restringatur, nō autem ad Ecclesiam.

Tertiò, Non esse univocum stipitem dicti D. J. C. Gattici, ac illum

D. Don Antonii Curtii. Et aliquid circa unitatem obstat in
D. Julio de Gattico dicti D. J. C. Gattici, majore ex asserta qua-
dam fide Baptifnatis ejusdem Juli.

Quarto, Nullam assignari posse, nec probari per D. J. C. Gatti-
cum Nobilitatem, vel saltem eam per ejusdem Majorēs non
fuisse retentam.

Quinto, dictum D. J. C. Gatticum causam fuisse rixarum, ac ejus
animum à compositionibus remotiorem semper fuisse illumq;
D. Don Curtii semper docilem prebuisse.

Hæc omnia ictu oculi prorsus extranea deprehenduntur, ac nul-
lo modo, in præsenti cauta cognoscibilia, ut potè præsentem
inspectionem minime pertingentia ubi agitur de imperanda
ab excello Ordine providentia ad collendam æmulationem, ad
evitandum scandalorum periculum, & tranquillitatem conci-
liandam, & tunc tantum essent discutienda quoties de his esset
quaestio, sed in iudicio competenti, & cum legitimo Contradi-
ctore, qualis non est dictus D. Curtius. Attamen ab abun-
dantiam.

Respondetur primum, dictam donationem prævio ejusdem Filii
Voto per Eminentiss. Novarię Ordinariū fuisse omni solemn-
itate (cui intererat cessibilitatem cognoscere) approbatam,
inde examinato Adolescenti de iustu Eminentissimi Metropoli-
tani ante ejusdem professionem fuisse ratificatam ex Instru-
mento jam emissio rogato per n. q. J. C., & Caus. Coll. Medio-
lani D. Raphaelem Curionum.

Secundo, J. C. D. Gatticum habere non solum Juspatronatum
electionis Paroci, verum etiam Ecclesiæ SS. Colmæ, ac Damia-
ni loci Gattici propter ejusdem Ecclesiæ constructionem, &
dotationem, ut ex Privilegio pariter dimisso.

Tertiò, Univocum esse stipitem dicti J. C. D. Gattici, ac illum
D. Don Curtii; hocque probatur ex serie antiquissima In-
vestiturarum decimarum Pheudalium per Reverendissimos
Novarien. Episcopos majoribus dicti D. J. C. Gattici, ac simuli-
tanè Majoribus dicti D. Curtii concessarum. Nihil obstat in
dicto Julio de Gattico, stantibus prædictis Investituris antiquis-
simis usq; in præsens continuatis, stante immemorabili posse-
sione, stante Paroci illius temporis imperitia, & incuria, ut pro-
batum fuit in ultimis precibus apud Reg. Fiscum una cum do-
cumentis ibidem dimisis, ideoq; nihil obstat assertam fidem
Baptismatis, stante demum Fisci Episcopalis voto, ac aliis so-

Jemni-

leminitatibus semper servatis, & servari solitis à Reverendiss.
Episcopis, & necessariis ad examen capacitatis dictarum inve-
stigarum.

Quarto nullam per J. C. D. Gatticum promoveri contentionem
super ejus Nobilitate, quæ nihil commune habet cum præsenti
causa in qua unice imploratur attentatorum, & æmulationis
purgatio. Si de nobilitate agendum esset, non id esset agendum
cum D. Don Curtio, qui non esset legitimus contradictor; ta-
men hæc concludentissimè ad abundantem probatur ex anti-
quissimis documentis, & quidem publicis usque in præsens
productis.

Quinto demum, immo semper promptum fuisse dicti D. J. C.
Gattici animum ad compositiones, nec unquam de præceden-
tia contendisse, ut ex suplici libello cum decreto Reverendiss.
D. Vicarii Generalis Novarien. ultimo loco Regio Fisco dimis-
so, ac remotorem à quiete animum, ac à conventis recedenter
fuisse illum dicti D. Don Curtii Gatti, ut ex documentis ulti-
mo pariter loco exhibitis.

Semper igitur præsens inspeccio reducitur ad supremam provi-
dentiam implorandam, ad evitandum scandalorum pericu-
lum, & impediendam Adversantis æmulationem, in qua persi-
stunt J. C. C. Joannes Franciscus, & Paulus Ignatius Pater, &
filius de Gattico, salvis in reliquis juribus partium, ubi opus fue-
rit in iudicio competenti, & cum legitimo contradictori co-
gnoscendis, quod &c.

 Nter ea, quibus Nobilis Ddn Antonius Curtius de
Gattico, se gravem hucusque præbuit J. C. Joanni
Francisco, & Paulo Ignatio Patri, & filio icidem
de Gattico fidiss. M. V. ser, nil magis exagitare po-
nit Supplicantium animum, quam vulgata ab
adverso, omnibusque passim venditata proposi-
tio, quod J. C. Jo. Franciscus alter ex Supplicantibus, censendus
sit Auctor dissidiorum inter partes vertentium, dicto Don. An-
tonio Curtio, per summam docilisatem, semper ad concor-
diam parato, nec aliter commoto, quam ab eisdem Suppican-
tis innovationibus, atque ostentationibus.

Quantoperè enim, ex candescere opus est ad indebitam haec re-
criminationem, qua Nobilis Adversans, in eum, quem facto
ties repetito læsat, verbis quoque saevire viderur, ac si nil Sup-
plicantibus prosit plurimum annorum spatio, tot attentata, os-
que adeò patienter sustinuisse, ut per summam injuriam lacel-
lit, nequè unquam cogitaverint, pari via facti, propriæ indem-
nitati consulere, nequè in his, quæ æmularum invidiam, conci-
tare possent, se se aliter gesserint, quam partem ipsis deterio-
rem eligendo;

Sanè in ea rerum conditione, quæ sermo est, de anteactis excessibus
corrigendis, futurisque præcipiendis, multum interest nosse,
quis haec tenus scandalorum, & injuriarum tubam inflaverit,
quam obrem, vellicari nequit, tamquam otiosa repetitio eo-
rum, quæ præcipua in hac facti serie notanda occurunt, ea-
dem taliter, veluti per transitum, & obiter perstringendo, re-
tentia ejusdem facti demonstratione prodeunte à quampluri-
mis documentis, hucusque subministratis, præsertim in preci-
bus, sub titulo J. C. Franciscus, & Paulus Ignatius J. C. de Gattico; &
in aliis, sub titulo Quamvis documenta &c.

Ubi primo actum fuit anno 1723., de transferendis, majori Sup-
plicantium commodo, eorum sedilibus, jam in Ecclesia Patro-
nata Gatti existentibus, certum est dictam transportationem
Episcopali auctoritate, & inferiori loco executam, nequè inju-
riosam, dici posuisse, nequè præjudicialem Adversanti supe-
rius sedile habenti.

Quin immodice, maxime illorum moderationis specimen perhibui-
se credunt, quod humiliori loco contenti fuerint, posthabitis
juribus Patronatus tunc Supplicantium familię privativè que-
sitis, atque dignorem in Ecclesia Sedem, Patrono afferentibus,
ut probarunt Supplicantibus in eorum precibus, sub titulo, Quod
sibi suaferant, auctoritate moderni de Fargna ad Canon. de Jure Pa-
tron. part. 1. can. 1., & 2. cas. 1. nu. 4., & can. 4. cas. 7. à nu. 11., ultra lau-
datos in geminis consultationibus, sub lit. C. & D. tunc productis.
Nihilominus ab Adversante novum sedile, in eadem Ecclesia sta-
tim erectum, propè Aram maximam constitutum, adeòque

strutura, & mole perspicuum, ut Supplicantibus, retrosum
sedibus aditneret divinorum prospectum. Excessus iste deterri poterat ad Ecclesiasticum, sicut quo non aliter
imperita fuerat Adversanti facultas novi sedilis, quam sub
conditione illud apponendi in loco per Ven. Plebanum Ecclesia pre-
scribendo, circa periculum rixarum, & prajudicium tertii;
Verum Supplicantes, ab omni querela abstinentio, farius dux-
runt, propria Sedilia eodem Plebano, ita suaderit, & appro-
bante, ad sinistrum Ecclesiae latus asportare, dextero, seu etiam
digniori a cornu scilicet Evangelii, ut ajuat, Adversantibus, pa-
cificè, liberèque relieto. Invenimus vero quod supra, sedino invonatis
Quid tamen Supplicantes, tanto eorumdem jurium periculo,
qui indulgerent, dum flebilis, adhuc vigeat memoria gesto-
rum a Joanne Caimo Adversantis villico, qui die quodam
Dominico, in frequentia Populi, etiamque adhibita aliorum
opera, viam inferre non timuit sanctitati loci, sedilibus Suppli-
cantium amotis, & de facto repositis in illa Ecclesiae parte,
quam ipsi pridem raro dissimulationis exemplo deserverant;
Evidem reticeri non potest, Caimum, eam turpissimi criminis
paenam subiisse, quam laudavit notissima dexteritas, ac que
prudentia Nob. Comitis Porri a Gubernio delegati Adversan-
te, facinus reprobate, Reumque Arbitrio mediatoris specta-
tissimi remittente.
Nequè tamen hæc circumstantia ab historica securum serie ex-
pungi potest, quatenus ab ea colligitur, viliores domesticos Ad-
versantis, propriam amaritudinem, in Supplicantes, etiam in
vito domino exercuisse.
Re ita composita, in eo quod attinet ad injuriam, reliquum erat;
ut modus adhiberetur, ne sediliū positio, funestiora priedexeret;
Id laudabiliter actum fuit a Rev. Vicario Generali Eminentiss.
Novariensis Antistitis conciliata inter Partes conventionali
scriptura, quæ licet sine præjudicio jurium ad invicem compet-
tentium, & provisionaliter concepta, adhuc perpetuam firmi-
tatem promereri potuisset, si ejusdem foederis leges, quanta ani-
mi demissione amplexi sunt Supplicantes, paci studio excolui-
set Adversans.
Paciscitum fuerat, ut unicuique Parti liceret, duorum posterum
sedilia retinere, æquali forma, & dimensione levata, dexterum
Ecclesiae latus Adversanti, Alterum Supplicantibus decesser-
retur, linea collocationis eorumdem Sedilium a præfato Rev.
Vicario, utrique præscripta, dum itaque Supplicantes, con-
cordatis pro constructione sedilium eorumque positione, reli-
giosissime obtemperando, non imparē sibi suaderent ab Adver-
so fidem executionis, aliam conquerendi causam nacti sunt, ex
quo structura, ac ornatus novi sedilis a Nob. Adversante ordi-
nati, & in Ecclesiam inediti, excederet metam ab Arbitratore
propositam;

Ad

Ad hæc sentier M. V. necessitatē, qua Supplicantes impelleban-
tur, vel omnino resilienda conventis, vel ad contraventionem
severius agendi; Verum adeo præconceps tranquillitatis
amor, Supplicantes invaserat, ut Rev. Vicario Novariensi, rem
extra judicium, nuntiasse contenti, ejusdem suasionibus iterum
aquiercerent, sub temperamento reducendi proprium sedile, ad
formam ab Adverso innovatam, cuius magnificantia, & exten-
sione retentis, cum necessario fieret ejusdem positionem cir-
cumscribi non posse infra limites antecedenter dispositos, ex-
cessum hunc non minus exilem, quam inculpatum Rev. Vica-
rius lubenti animo, utrique Parti remisit. Atqui tantum abest, ex his, impositum fuisse contestationibus
finem, quod immo ad extrema deventum est.
Enim vero, die sexta Octobris anni 1726., dum in Ecclesia Paro-
chiali Gattici celebraretur annua festivitas SS. Rosarii, inter
Mollarum solemnia, & è conspectu frequentioris Populi simul,
& Cleri, præter omnem expectationem evenit, ut ingenti stre-
pitū, plurimumque mandatariorum ope parum ex familiaribus,
partim etiam ex gregaria plebe collectis, ad nutum, & impe-
rium, Nob. Donnæ Angelæ Brulatæ de Gattico, præfati Nob.
Don Antonii Curtii sororiæ, propriis sedilibus ultrâ situm nu-
perrimè assignatum præpositis, ea Supplicantium retraheren-
tur, quo Divinorum Officiorum incommodo, quo Incolarum,
& exterorum scandalo, quo Supplicantium contemptu, cir-
cumstantiæ satis aperiunt, quin declamatore opus sit.
Majora tamen accedunt; aliquid enim derisioni, & injuriæ deesse
videbatur, nisi sedilibus Adversantis ejusdem, famulatio relictis
plura scama in Ecclesiam afferrentur, antè sedilia Supplican-
tium, illisque fastosa majestate, assiderent, Nobilis vidua, ejus-
que filii.
Quid de te vires humanæ prudentiæ superat animadversio, quod
Supplicantes tam in insigni contumelia percussi, omnem adhuc
ultronem reponerent in manibus Judicis Ecclesiastici, non equi-
dem provisuri, juxta turpitudinem facti.
Quidquid enim Supplicantes eo auctorante, reintegrarentur
quidam ipsorum sedilia, etiam mediante præcepto, ne quidquam
ab adverso innovari contigeret; Nulla tamen ratione habita,
sive de novitatibus, circa Adversantis sedilia commissis, sive
quod magis intererat, de necessitate relevandi, Supplicantium
famam, tot vulneribus penè confossam, nil mirum, quod adver-
sariæ æmulationis furor quasi disrupto aggere in Supplicantes
erumperet;

Præceptum Ecclesiastici, impunè violatum, Alia inhibicio per
Reg. Capitaneum Justiciæ Supplicantibus impedita ab ejus-
dem Regio Vicario ipsiusmet Supplicantibus, incitatis, & inau-
ditis revocata; Hinc scama iterum pluresque delata, sedilia

famulis, & vilionibus aliis reservata, pulvinaria cantus adiuncta. Nil denique inexperrum, quo & ipsa Adversantis soror deprimendae Suplicantium familiæ, scopum attingeret. Illud autem hoc loco præteriri non debet, quod de anno 1727., denuò intercedentibus amicabilibus officiis Rev. Vicarii Generalis Novariensis, & Com. Abbatis Caroelli, eatenus præconceptæ compositionis spes evanuit, in scriptura tunc designata non exprimebantur, quæ ubi cum Suplicantibus, jam conceputa dici non possent, adhuc pereundi, & sincerae Partium tranquillitati necessaria erant;

Facta igitur, comparatione eorum, quæ feralem hanc controver-
siam informant, nemo dixerit, graviora ab adverso patrari de-
buisse, ut per petuae æmulationis, seu verius absolutæ præpo-
tentiae geniū evinceatur.

Gradationem attentatorum, quis neget? Vix cogitaverant Suplicantes, de sedilium a sportatione, ipsis qui-
dem, nullo tamen alterius præjudicio, protuturum, jamque
captum ab adverso consilium, aliud sedile inferendi violatis
conditionibus ab Ordinario, ut superius adiegit.

Commodiori situationi successivè electa, neque per Nob. Adver-
santem impugnato, statim assurgentem vidit M. V. villici pro-
teriam tanta Suplicantium jactura.

Facto occasione ejusdem perturbationis loco, firmandi saltē
provisionaliter Sedilium strukturam, arque positionem quid-
quid Adversans, à conventa æ qualitate recesserit, placuit Sup-
pliantibus excessum temperamento potius ipsis oneroso, quam debita in pristinum reductione rolli.

Nocuit tamen Suplicantibus docilitas ipsa ob inumquam lati-
deplorandam sedilium revolutionem, quam memorabant sub
die sexta Octobris 1726.

Quod si postposita acriori vindicta, ad mitiorem Suplicantes, ita
confugerent, aut commiserationem magis, quam pænam ex-
petere viderentur; in deteriorem contemptum cessit eorum
humanitas usquequò, desperata inter partes concordia necesse
fuerit, su premi Ordinis auctoritatē implorare.

Quid plura? An non ex precibus diei vigesimali non Januarii pro-
ximè et fluxi plenè liqueat, quoq effraeni in Suplicantes odio fre-
mat Adversans, habito præsertim respectu ad commenticias
attestationes ab eo cumularas, quas protectò ratihabere non
possent in specie Jo. Crulca, Cosimus, & Julius de Bacchettis,
ubi è conspectu Judicis, veritatem perhibere cogerentur? mi-
nusque veritatem perhibere cogeretur antedictus Julius Ba-
chetta, qui contrariam declarationem per Suplicantes pro-
ducit edidit, & suo juramento firmavit?

Quæstiones ab Adverso promotæ super statu Suplicantium, ita
demque super cessione juris Patronatus, & præsentandi Reclam-

rem in Ecclesia Plebana Gattici, nil equidem commune præses-
terunt cum meritis causæ, unicè respicientis, spolia, injurias, &
damna Suplicantibus illata, pro præteriorum excessum
coercitione, & avertendo futurorum periculo.

Præcedendi gloria semper Adversanti, per Suplicantes ultrò
concessa, quid ille in scenam adducere generis conditionem, in
ea rancrum fede expendenda, qua cum legitimo contradicente
agendum sit, de assequendo honore, aut ordine Nobilibus
asservato?

Fortius ad ipsum non pertinent, opposita adversus cessionem juris
Patronatus Suplicantibus acquisitam; vel enim sermo sit de
libertate Ecclesiae asservanda, vel de ejusdem Patronatus perti-
nenda, utrobique Adversans caret omni actione;

Vilium equidem fuit Suplicantibus in eorum precibus jam rela-
tis, sub titulo Quod sibi fuerant aliqua M. V. subjecere ad dictum
jus Patronatus spectantia; Proditis enim binis instrumentis
sub lit. A. & B., plenè docuerunt, rūm de originali subsistentia,
rūm de validitate cessionis ejusdem Patronatus favore Sup-
pliantum.

Nequè tamen ista trahenda lunt, aut ad litis contestationem; aut
ad obtainendam tituli confirmationem, postquam Adversanti,
quoad jura Ecclesiae, penitus extranei, & Actori, utlupra, in-
competenti, nulla pro suo interesse iaminerit oppendi ratio.
Statim ac Suplicantes præcedentiam ex jure Patronatus acqui-
sitam sibi vindicare noluerunt, quotiescumque actum fuit de
Sedilibus in Ecclesia Patronata, vel collocahdis, vel transeren-
dis. Hinc omnino alienum de jure Patronatu differere, nullum
que in hoc momentum causæ, nulla contestatio litis, à qua Sup-
licantibus abstinere velle profitentur, ita ut nec ulla potest pro-
ferri sententia; nequè aliter opportuna fuit, aliquorum docu-
mentorum producio, quam ut in ea sede, in qua de Adversariis
provocationibus sermo est, ostenderent Suplicantes, male in
Adversantis precibus præsupponi dictum jus Patronatus in
extremis deficere; ejusque Cessionem fuisse ab adolescentulo subrep-
cam, suffecto Notario alterius etiam ex Suplicantibus alumno ad rogi-
cum instrumentum.

Parfundamento Suplicantes pro eorum existimatione nimium
laetitia, cumularunt in dubias probationes propriæ Agnatio-
nis; Quid enim Partes de generis claritate contendant in ea
rerum circumstantia, in qua vilissimo, etiam Plebejo jus effec-
conquerendi de injuriis ab Adverso patratis? Nullibi Supli-
cantes professi sunt nobilitatis competentiam cum Adversante,
unicè intendentis repellere ignobilis suspicionem, ab eo
elevatam in Suplicantium derisionem, ac dedecus, raro ani-
mositatis exemplo, in illa præsertim parte, qua insinuabat, Sup-
pliantium maiores, nullouquam supra plebejos, discretivo
titulo

titulo decoratos legi, seu apud acta, seu in publicis Instrumentis. Probatum itaque fuit pluribus documentis, Genealogiam à communis stipite ad hæc tempora prosequentibus, quod Investituræ decimarum Ecclesiæ Novariensi debitum in loco Gattici, par ratione reperitæ fuerint in Familiam Adversantis, ac in illa Supplicantium; Quod dictæ successivæ recognitiones, nullum habuerint contradictem, sive ex parte Ecclesiæ, sive ex latere Consortum in jure decimandi, nisi respectu majoris, vel minoris portionis, de qua suis loco, & tempore agendum superest. Quod immò recognitionibus ipsis, majoribus Supplicantium quandoque non intervenientibus, Adversantis Progenitores, dignati non tuerint Investituram, etiam illorum nomine stipulari, quod demùm in iisdem documentis, ultra unitatem communis Ascendentis, numquam denegatum fuerit Supplicantibus, & seu eorum Parentibus appellativum Nobilium de Gattico.

Ab hujusmodi probatione, jure merito deducebatur, nihil in aliquo ex gradibus Supplicantum, obstatre posse respectu legitimatis; Cum enim illegitimos nominatum excluderet natura decimarum fieri non potuit, quod ad mutuam recognitionem admitteretur persona incapax, aut saltem suspecta ratione naturalium, sive respectu Ecclesiæ, cuius intererat successionem ad illegitimos, non extendi, sive respectu Consortum legitimorum; quibus accrescere debuisset portio deficiens, ex motivo incapacitatis;

His addebatur animadversio, quod tota ratio adversariæ oppositionis, reponeretur in asserta fide Baptismatis, Julii de Gattico, quatenus illa primo aspectu vitiata dubiam redderet probationem matrimonii, inter eisdem Julii Genitores.

Verum ex prænotatis precibus, sub titulo *Quamvis documenta*, palam est, nullum ex dicta apparenti vitiatione argumentum desumi posse contra veritatem satis ex ipsa fide resultantem, posse aquam ex aliis adnotationibus in eodem libro Baptismali occurrentibus, non artificio, sed Paroci imperitiae, seu incuriae, adscribenda est informis verborum structura;

Illud autem in confirmationem accedit, quod sicuti eadem assertio, sufficienter indicat Julii nativitatem ex matrimonio, nisi de falsitate incusat, neque contrarium aliundè prætendi possit, pro legitimitate interim concludendum est, sive quia scriptura, quæ potest verificari, numquam dicitur fallax, *Farinae conf. I. l. num. 33., & conf. 60. sub num. 17. Concio alleg. for. 89. num. I. I., & in resol. crimin. S. falsum resol. 5. sub num. 2.;* Sive quia etiam in dubio, contra illegitimatem presumitur *Menoch. de præsumpt. lib. 6. pres. 54. num. 20., & seq. Calvin. de reb. dub. concl. 393. Peregrin. de fidei. artic. 43. num. 70. versic. sed contra in fine, quæ omnia libentiū admittenda forent, stante temporis antiquitate, cum agatur de*

facto plurimū annorum memorialis supra laculum exercitante, deperditis interius ejusdem facti monumentis regestis scilicet matrimoniorum, ut respectu plurium Particularum illius Regionis vicinia positarum ostensum est; *sunt etq. q. m. op. Sanè in his terminis, ubi ad opportunitatem presentis questionis conduceret, illa legitimatis, & ubi, quod expresse negatur, Supplicantibus in tumbebet necessitas, omnem illegitimitatis dubitationem removendi in eorumdem Partium persona, ad tequātū auderent de Adversariis excessibus, & insectationibus conqueri, adhuc nullū pinguiori refutatione opus esse; Quid vero statuendū, posita impunitia, ejusdem articuli, penitus disparati, ab eo quod inter Partes, nunc agitur eoram M.V. Senatu, nec in prætentibus rerum circumstantiis decidendi? Saris itaque ad retundendam Adversariæ imputationis facilitati, quod delibetur identitas generis ob similitudines a suis inter utramque Familia initos, & eorumdem aetuum Nobilitas, atque incompatibilitas cum emendato Natalem detinatu, satis iterum, ut notescat, quanta anima erga crudine Adversus Supplicantum gressus, & iura suspiciatur. *q. p. b. 3. missus H.* Illud præterea retinendum, nihil Supplicantibus imponi posse, in ordine ad Scamna, & Pulvinaria, ex quo eorum usum Nobili Matronæ prohibere satagant;*

Num enim è conspectu Patroni Ecclesiæ, licet Privato, hanc sibi prærogativam inscribere, haec tenus Supplicantes ad judicij trutinam, non revocarunt, quin immò prædictæ delationi contradixere, non ex jure prohibendi ipsis debito, sed ex circumstantia æmulationis qua in pretum concordia, & præceptorum ad hujusmodi novitates deuentum est.

Neque enim justitia aetus, aut potestas agentis, ad irrevocabilitatem facti sufficiunt, agendi propositū ad æmulationem diligatur, ut de aedificante in fundo proprio passim docent, scribentes ex textu in l. opus novum ff. de operib. public., & signanter *Mafcard. de probat. concl. 62. I. vol. I. nu. 5. Ciarlin. contr. forens. lib. I. cap. 30. nu. 30., & latius Cephal. consil. lib. I. consil. 13 ornum. 11., & seq.*

Quidquid autem æmulatio regulariter non sit præsumenda, id tamen juxta prælaudatos Doctores, & conjecturis, declarando sequitur, in hac spacie exuberare ejusdem æmulationis argumenta, quatenus omnia ex adverso, ut superius congesta injuriandi animum, magis, quam necessitatem involuunt.

Quomodo enim, Adversans, postquam novam Sedilis illationem à Novariensi Episcopo implorasset, expressa causa, quod incrementum familie ampliorem in Ecclesia locum exigeret quia immò sedilium delineationem, ejusdem familie splendori respondere voluit qua inquam ratione, post hæc ejusdem Adversantis familie licuit, sibi tumultuario, quodam fastu inauditam in ea regione pompam Scamnorum, atque Pulvinarium adscere,

scere, Ruricolis; ac humilioř famulitio cedendo sedilia tanto
iconatur, & impendio disposita, nisi hujusmodi inconstantia re-
siftatur ad emulativam provocationem odio Suplicantum
quorum præsentia, in præmissis novitatibus artificiosa, ab al-
li vero, curata, gravior, & simul evidenter exinde provenie,
conjectura contemptus. idu 28. siue in gelelli, et
Quamobrem (cessante in reliquo de declarationis, ad quam su-
bita litis contestatione deveniri non potest cum illegitimo
contradictore, ac citra præsentis causæ merita) in hoc subsistit
Suppliantum querela, dicta Scamnorum, & Pulvinarium
ostentatione in eo tantum Suppliantibus invisa, in quo eorum
quieti, & existimationi nocuit; Absit contentio super jurede-
lationis, solo ipso ex cruciante tor perturbationum, atque con-
tumeliarum exemplo, latius pro trahendo, nisi videri posset;
argumentum, jam ad saturitatem usque perpicuum ultra
prosequendo, aut tanti ordinis providentiam itidem provocat-
ri, aut spem prorogari paternę, & providentias supremę M. V.,
quam iuxta in aliis precibus petita, iterum a M. V.

Humillimè deprecantur, & sperant.

*P. Gattico Novariensis, & filius eius, Joannes Gattico, et
Paulus Gattico, & fratres eius, & filii eius, & filii filiorum eius, &
filii filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &*

*Paulus Gattico Novariensis, & filius eius, Joannes Gattico, et
Paulus Gattico, & fratres eius, & filii eius, & filii filiorum eius, &
filii filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &*

*Paulus Gattico Novariensis, & filius eius, Joannes Gattico, et
Paulus Gattico, & fratres eius, & filii eius, & filii filiorum eius, &
filii filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &
filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum filiorum filiorum eius, &*

*Paulus Gattico Novariensis, & filius eius, Joannes Gattico, et
Paulus Gattico, & fratres eius, & filii eius, & filii filiorum eius, &
filii filiorum filiorum eius, & filii filiorum filiorum filiorum eius, &*

*Paulus Gattico Novariensis, & filius eius, Joannes Gattico, et
Paulus Gattico, & fratres eius, & filii eius, & filii filiorum eius, &*



Uod erat optandum maximè Nob. Don Antonio
Curtio Gattico Patritio Novariensi, & fidits. M. V.
Vassallo, ut tandem finis imponeretur molestissi-
mae liti contra Supplicantem, eiusque familiam
excitatæ a J. C. Joanne Francisco de Gatticis, id
fibi contigit ex voto, cum intellexerit causam hanc post rot
circuitus integrerrimo M. V. Oraculo esse definiendam.

Ut tamen percipiat Senatus M. V., quo titulo, qua actione,
qua via, coram quo gravissimæ contentiones hue usque
fuerint agitatæ, cum ad usum, & commodum Supplicantis,
ejusque Sororiæ, & ne potum non sufficeret unicum sedile a
majoribus suis ab antiquo repositum in Parochiali Ecclesia
loci Gattici Diœcesis Novariensis, aliud ibidem Supplicants
instauravit de facultate Rev. Vicarii Generalis Curiæ No-
variensis, ut ex ea diei 26. Augusti 1723., quæ M. V. exhi-
bet sign. A.

Quia verò alta mente repositum manebat Adversanti Suppli-
cantis familiam perturbare, illico post biduum indoluit
porrecto supplici libello dicto Rev. Vicario Generali pro
transferendo sedili suo ad aliud Ecclesiæ latus in cornu, ut
ajunt, Epistolæ, sub assertio prætextu, quod columna Aræ
maximæ aspectum eidem præripiebat; reportato propterea
decreto in Ven. Plebanum Parocum loci, ut rem pro sua
maturitate, & prudentia componere studeret sign. B., ac si
facultas paucis ab hinc annis Adversanti concessa pro par-
vo sedili in memorata Ecclesia instaurando, meliorem ipsi
titulum tribuisset.

Nil tamen opposuit Supplicants, quoniam adversarium sedile
ex alio Ecclesiæ latere collocaretur, solum insistens, ut ejus-
dem sedilia in veteri situ remanerent, ad latus scilicet Evan-
gelii, illud autem Adversantis in loco designato; attamen
Adversans cæptam emulativam prosequendo de pari sedi-
lium structura cogitavit, quasi sola mutatio situs meliorem
sedilis formam importaret; ideoque Adversantis uxori pri-
mo die festo cum maxima omnium admiratione, & in ma-
jori populi frequentia, sedile suum transferri jussit ad situm
Aræ maximæ proximiorem, quod tamen pristino loco resti-
tutum fuit à Joanne Gaimo Supplicantis villico, ut ex do-
cumento sign. C.

Rebus primævo statui restitutis sperabat Supplicants silentium
ali quando imponendum predictis contentionibus; cum ta-
men Adversans de mense Octobris ejusdem anni apud Ill.
hujus Status Moderatorem graviter indoluisse, sedile suum
pristino loco fuisse restitutum, decretum obtinuit in alter-
rum